

III Disp. III. Part. IV. de forma Corporeitatis. II 2

DECISIO.

mam corporeitatis, quæ est id quo mediante quantitas subiectatur, esse materię coęnam, & inseparabilem ab ea, sicutque in omnibus compōsitis, tum etiam in elementis reperiatur forma corporeitatis. Confirmat suam mentem Auicenna ex eo, quod materia moveatur; est enim subiectum generationis, & corruptionis; unde quod mouetur, est diuisibilis, sed materia mouetur, ergo &c. nam quandoquidem ex se non est diuisibilis, debet reddi diuisibilis per aliquid à se inseparabile; quando enim sit generatio, aut corruptio, non sit in materia, mediante quantitate, quia motus ad quantitatem non est generatio, ergo debet dari aliquid præter quantitatem, quo materia redditur diuisibilis, & mobilis, & hoc ipsum est forma corporeitatis.

Verum hac Auicennæ sententia nullo stabilitur fundamento: primum quidem non vallet, quia ut probabilius tenemus *diss. de quantitate in Metaphysica*, substantia, etiam remotā quantitate, est diuisibilis in partes entitatiæ; unde in composito diuisibilitati quantitatæ respondebit ipsa diuisibilitas entitatiæ, & diuisibilitas quantitatæ subiectabitur in diuisibilitate entitatiæ; non ergo erit opus aliquod posse medium, quo quantitas inheret materia. Item nec valida est Auicennæ confirmatio, quæ dicitur: quod mouetur est diuisibile. Respondeo enim, quod mouetur motu successu concesso; quod mouetur motu instantaneo nego, materia autem in generatione, & corruptione mouetur quidem, sed motu instantaneo.

Deinde apud nos, qui admisimus dimensiones interminatas coęnam materię, nullum omnino habebit locum fundamentum Auicenna, materia enī, per illas redditur diuisibilis, nec indigebit præterea aliquo.

Tertia sententia est Scoti in *quarto sententiæ diss. 11. quæst. 3.* & Scotiflarm communis, tenentium cum D. Thoma non dari formam corporeitatis pro animatis; contra verò D. Thomam dari pro animatis, seu viuentibus, cuius forma corporeitatis hac est generatio, & corruptio.

Explicatur forma corporeitatis.

Antequam v. g. in boue educatur anima bouis de potentia materię, educitur in aliquo priori ex potentia eiusdem materię forma quædam substantialis, quæ facit ut materia denominationem materię amittat. & accipiat denominationem corporis, illaqueforma, quia constituit materię in esse corporis, idcirco dicitur forma corporeitatis, unde anima bouis adueniens, non dicitur aduenire materię, sed corpori: quod corruptionem verò talis forma sic loquuntur Scotitiæ: postquam anima discessit è corpore, corpus retinet aliquam formam, quæ dicitur *forma cadaveris*, nam corpus mortuum dicitur cadaver; illa verò forma cadaveris nihil est aliud, quam illa forma corporeitatis, quæ post discessum animæ dicitur sola, materiam ipsam informare; statim ergo post discessum animæ non depertitur forma cadaveris, seu forma corporeitatis (quæ absente animæ denominatur forma cadaveris, vt dictum est) tunc autem corrumperit, & destruitur, quando illud cadaver in aliud transit mixtum, v. g. quando bos mortuus ita corrumperit ut in terram, aut aliud mixtum transeat.

Circa prædictas tres opiniones ferendum est nostrum iudicium, & quidem quoad pri-mam: iam videtur à nobis latum, nec enim recipimus Auicennæ sententiam, quia nullum ha-bet fundamentum; quare determinatio ferenda manet circa opinionem D. Thomæ, & Scoti, quas non idēo per clypeos discutere volimus, tum quia non sunt magni momenti, tum quia non multæ sunt rationes pro utraque parte.

Resolutio itaq[ue]st: Videtur nobis admit-tenda opinio Scoti, nempe dari formam corporeitatis modo suprà explicato.

Probatur *primo* Resolutio: Corpus denomi-natus corpus ab aliqua forma adueniente, sed pars compositi viuentis denominatur *corpus*, ergo ab aliqua forma, sed non denominatur *corpus* ab *anima*, ut volunt. Autores contraria sen-tentia. Major pater, minor probatur, quia nihil denominatur tale ab eo, quod nondum est; sed antequam anima informet suam partem, iam illa pars est *corpus*, quia *anima* est actus corporis, ergo antequam anima informet cor-pus, dicitur *corpus* esse. Ratio huius rei *a priori* est, quia subiectum formæ informantis dicitur præsupponi ad formam informantem, estque prius illa, sed corpus in esse corporis est subiectum animæ, ergo saltem prius natura corpus est corpus, quam informetur anima.

Secundo probatur: Nullum ens spirale potest dare esse corporeum, sed anima est ens spirale, loquendo de anima rationali, ergo non potest dare sua parti esse corporeum, & per confequens, saltem in homine, dabitur forma corporeitatis.

Respondet Ruijus primo de anima. animam rationalem dare esse corporeum ut quo, ipsam, que esse corpoream ut quo: nulla tamen illa respon-sio est, quia quod est omnime spirale, qualis est anima rationalis, non potest dare esse corporeum formale, neque ut quo neque ut quod; quia neque ut quo neque ut quod spirale conti-net corporeum; & vnaquæque causa formalis non potest dare effectum formalem contrariū, sicut albedo non potest nigrefacere, nec nigredo potest albificare, ita nec anima rationalis potest dare esse corporeum, cùm sit omnime spirale, & diversi ordinis à rebus corporis. vide-lit ordinis spirale, deinde, ut visum est su-perioratione, prius non habetur à posteriori, ne-que ut quo neque ut quod.

Probatur *tertio* Resolutio argumento Theo-logicō: Corpus Christi fuit idem numero vi-iens, & mortuum, attamen dissoluta fuit ani-ma ab eius corpore, ergo debuit esse idem num-ero per aliquam formam eandem numero in cor-pore Christi viuo, & mortuo existentem; sed hoc non habuit per animam, quia anima non remansit in corpore mortuo, ergo per formam corporeitatis, non enim alia est excogitabili.

Respondent quidam, ut Suares, fusse vnum suppositaliter, non tamen omnime vnum, idoque non esse opus ponere illam formam corporeitatis. Insto tamen: Sancti Patres vo-cant absolutè vnum viuum, & mortuum; quod si quis consecrasset in triduo mortis, certè con-sec-

*Num. 14.
Determinat
Author. cū
Scoti admittant
formam cor-
poreitatis.
Prob. prim. d.*

Tertii.